

Regalis ut opes, & sacra æraria seruent.  
 Regnantes sub rege manent, rerumq; ministri.  
 Arcitenens cum se totum produxerit undis,  
 Ter decuma sub parte feri formantibus astris,  
 Plumeus in cœlum nitidis Olor euolat alis:  
 Quo surgente trahens lucem, matremq; relinquens,  
 Ipse quoque aëreos populos, cœloq; dicatum  
 Alitumq; genus, studium censusq; uocabit.  
 Mille fluunt artes, aut bellum indicere mundo,  
 Et medios inter uolucrem pensare meatus.  
 At nitidos clamare suis ratione sedentem,  
 Pascentem' ue super surgentia ducere lina.  
 Tutelamq; gerent populi, domibus' ue regendis  
 Præpositi, curas alieno limite cludent.  
 Atque hæc in luxum iam uentri longius ibit,  
 Quod modò militiae Numidarum pascimur oris,  
 Phasidos & dantis arcessitur inde macellum,  
 Vnde aurata nouo conuecta est æquore pellis.  
 Quin etiam linguis hominum, sensusq; docebit  
 Aërias uolucres, noua qui commercia ducer,  
 Verbaq; præcipiet naturæ lege negata.  
 Ipse deum, Cygnusq; colit, uocemq; sub illo  
 Non totus uolucrer, secumq; immurmurat intus,  
 Nec te prætereant, clausas qui culmine summo  
 Pascere aues gaudent, Veneris & reddere cæcas,  
 Aut certis reuocare notis, totamq; per urbem  
 Qui gestant caueis uolucres ad iussa paratas,  
 Quarum omnes paruo consistit pascere census.  
 Hæserit & similis tribuens Olor aureus artes.  
 Arcitenens magno cirkundatus orbe Draconis,  
 Cum uenit in regione tuae Capricorne figuræ,  
 Non inimica facit serpentum membra creatis,  
 Accipiunt finibusq; suis, peploq; fluenti,  
 Osculaq; horrendis iungunt impunè uenenis.  
 At cum se patrio producit in æquore Piscis,  
 In cœlumq; ferens alienis finibus ibit,  
 Quisquis erit tali capiens sub tempore uitam,  
 Littoribus, ripisq; suos circunferet annos,  
 Pendentem & cæco captabit in æquore pisces,  
 Cumq; suis domibus conchas, ualloq; latensis  
 Protrahit immersas, nihil est audere relicta.  
 Quæstus naufragio petitur, corpusq; profundo  
 Immissum pariter quam præda exquiritur ipsa.  
 Nam semper tanti merces est parua laboris.  
 Censibus æquantur conchæ, rapidumq; notari.  
 Vix quisquam est locuples, oneratur terra profundo.  
 Tali sorte suas arteis per litora tractat,  
 Aut emit externos precio, mutatq; labores  
 Institor æquoreæ uaria sub imagine mercis.  
 Cumq; Fidis magno succedunt sidera mundo,  
 Quæsitor scelerum ueniet, uindexq; reorum,  
 Qui commissa suis rimabitur argumentis,  
 In lucemq; trahet, tacitaq; licentia fraude.  
 Hinc etiam immritis tortor, poenæq; minister,

Et quisquis uero fauit, culpam' ue perodit.  
 Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.  
 Cæruleus ponto cum se Delphinus in astra  
 Erigit, & squammam stellis imitantibus exit,  
 Ambiguus terra partus, pelagoq; creatur.  
 Nam uelut ipse citis perlabitur æquora pennis,  
 Nunc sumnum scindēs pelagus, nunc alta profundi,  
 Et senibus uires sumit, fluctumq; figurat:  
 Sic uenit ex illo, quisquis uolitabit in undis,  
 Nunc alterna ferens in lento brachia tractus,  
 Et plausa resonabit aqua, nunc æquore mersas  
 Deducet palmas, furtivo remus in ipso:  
 Nunc in aquas rectus ueniet, passimq; natabit,  
 Et uada mentitus reddet super æquora campum.  
 Aut immota ferent in tergum membra, latusq;  
 Non onerabit aquas, summisq; accumbet in undis,  
 Pendebitq; super totum sine remige pontum.  
 Illis in ponto iocundum est querere pontum,  
 Corpora qui mergunt undis, ipsumq; sub antris  
 Nerea, & æquoreas conantur uisere nymphas,  
 Exportantq; maris prædas, & rapta profundo  
 Naufragia, atque imas audi scrutantur arenas.  
 Pars ex diuerso studet, & sociatur utrumque  
 In genus, atque uno digestum semine surgit.  
 Ad numeros etiam illa licet cognata per artem  
 Corpora, quæ ualido saliunt excussa Petauro,  
 Alternosq; cident motus, delatus & ille  
 Nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille,  
 Membraq; per flamas, orbesq; emissa flagrantis  
 Tollitur, & liquidis per humum ponuntur in undis.  
 Delphinumq; siros per inane natantia motus,  
 Et uiduata uolant pennis, & in aere ludunt.  
 At si deficient artes, remanebit in illis  
 Matries tamen apta, dabit natura uigorem,  
 Atque alacres cursus, campoq; uolantia membræ.  
 Sed regione means Cepheus humentis Aquarij,  
 Non dabit in lusum mores, facit ora manere,  
 Frontisq; ac uultus componit pondere mentes.  
 Pascentur curis, ueterumq; exempla reuoluent  
 Semper, & antiqui laudabunt uerba Catonis,  
 Tutoris ue supercilium, patrui' ue rigorem.  
 Component teneros etiam qui nutriat annos,  
 Et dominum dominus prætextæ lege sequatur.  
 Quodq; agat, id credit stupefactus imagine iuris.  
 Quin etiam Tragico præstabunt uerba cothurno,  
 Cuius erit quanquam in chartis stylus ipse cruentus.  
 Nec minus & scelerum facie, rerumq; tumultu,  
 Gaudebunt atriluctum memorare sepulchri,  
 Rusticantemq; patrem natos, soleq; reuersum,  
 Et cæcum sine sole diem, Thebaea iuuabit.  
 Dicere bella uteri, mixtumq; in fratre parentem.  
 Quarere Medeas natos, fratremq; patremq;.  
 Hinc uestis, flamas illinc pro munere missas,  
 Aëriamq; fugam, uectosq; ex ignibus annos.

Mille alias rerum species in carmine ducent.  
 Forsitan ipse etiam gestus referetur in actis.  
 At si quis studio scribendi initior ibit,  
 Comica componet laetis spectacula ludis.  
 Ardentis iuuenes, raptasq; in amore puellas,  
 Elusosq; senes, agilesq; per omnia seruos,  
 Quis in cuncta suam produxit secula uitam,  
 Doctior orbe suo linguae sub flore Menander,  
 Qui uita ostendit uitam, cursusq; sacrauit.  
 Etsi tanta opum uires commenta negarint,  
 Externis tamen aptus erit, nunc uoce poetis,  
 Nunc satyro gustu, referetq; affatibus ora,  
 Et sua dicendo faciet, solusq; per omneis  
 Ibit personas, & turbam reddet in imam.  
 Aut magnos heroas aget, scenisq; togatas,  
 Omnes fortunae uultus per membra reducet,  
 Aequabitq; choros gestu, cogetq; uidere  
 Præsentem Troiam, Priamumq; ante ora cadentem.  
 Nunc Aquilæ fidus referam, quæ parte sinistra  
 Rorantis iuuenis, quem terris sustulit, ipsa  
 Fertur, & extensis prædam circumuolat alis.  
 Fulmina missa refert, & cœlo militat ales,  
 Bis sextamq; notat partem fluuialis Aquarij.  
 Illius in terris orientis tempore natus,  
 Ad spolia & partas surget uel cæde rapinas,  
 Cuiq; hominum dederint strages, dabit ille ferarum.  
 Nec pacem à bello, ciuem discernet ab hoste.  
 Ille sibi lex est, & fert quoque uoluntas.  
 Præcipitat uires, laus est concedere cuncta.  
 Et si forte bonis accesserit impetus ausis,  
 Improbitas fiet uirtus, & condere bella,  
 Et magnis patriam poterit ornare triumphis.  
 Et quia non tractat uolucris, sed suggerit arma,  
 Immissosq; refert ignes, & fulmina reddit,  
 Regis erit, magni' ue ducis per bella minister,  
 Ingentisq; suis præstabat uiribus usus.  
 At cum Cassiope bis denis partibus auctis,  
 Aequorei iuuenis dextra de parte resurgit,  
 Artifices auri faciet, qui mille figuris  
 Vertere opus possint, carniq; acquirere dotem,  
 Materie & lapidum uiuens miscere colores.  
 Hinc Augusta nitent sacratis munera templis,  
 Et Mithridateos uultus induit trophæa,  
 Aurea Phœbeis certantia lumina flammis,  
 Gemmarumq; Iuli radiantes lucibus ignes.  
 Hinc Pompeia manent ueteris monumēta triumphi:  
 Et quod erat regnum, pelagus fuit, una malorum  
 Non extincta lues, semperq; recentia flammis.  
 Hinclenocinium formæ, cultusq; repertus  
 Corporis, atque auro quaesita est gratia frontis,  
 Perq; caput ducti lapides, per colla, manusq;,  
 Et pedibus niueis fulserunt aurea uindla.  
 Quid potius matrona uelit tractare creatos,  
 Quam factum reuocare suos quod possit ad usus.

Acne materies tali sub munere desit,  
 Quærere sub terris aurum, furtoq; latentem  
 Naturam eruere, orbemq; inuertere prædæ  
 Imperat, & glebas inter deprendere gazam,  
 Inuitamq; nouo tan dem perducere cœlo.  
 Ille etiam fulvas audis numerabit arenas,  
 Perfundetq; nouo stillantia littora ponto,  
 Paruaq; fragmentis faciet momenta minutis.  
 Pertulit, ut legeret census spumantis in aurum,  
 Et perlucens cuperet prensare lapillos.  
 Verticibus medijs, oculos emittet auratos,  
 Et coquet argenti glebas, uenamq; latentem  
 Eruet, & silicem rivo saliente liquabit,  
 Et facti mercator erit per utrumq; metalli,  
 Alter & alterius semper mutabit in usus.  
 Talia Cassiope nascentum pectora fingit,  
 Andromedæ sequitur sidus, quæ Piscibus ortis  
 Bis sex in parteis cœlo uenit aurea dextro.  
 Hanc quondam poenæ dirorum culpa parentum  
 Prodidit, infestus totis cum uiribus omnis  
 Incubuit pontus, timuit naufragia tellus.  
 Proposita est merces, uesano dedere ponto  
 Andromedam, teneros ut bellua manderet artus.  
 Hic Hymenæus erat, solaq; in publica damna  
 Pro natis lacrymans, ornatur uictima poena,  
 Induiturq; sinus, non hæc in uota paratos,  
 Virginis & uiuæ rapitur sine funere funus.  
 At simul infesti uentum est ad littora ponti,  
 Mollia per duras panduntur brachia cautes,  
 Astrinxere pedes scopolis, iniectaq; uincia,  
 Et cruce uirginea moritura puella pependit.  
 Scrutatur tamen in poena uultusq; pudorq;,  
 Supplicia ipsa docent niuea ceruice recliuis,  
 Molliter ipsa suæ custos est sola figuræ.  
 Defluxere sinus humeris, fugitq; lacertos  
 Vestis, & effusi scapulis haesere capilli.  
 Ter circum Alcyones pennis plausere uolantes,  
 Fleueruntq; tuos miserando carmine casus,  
 Et tibi contextas umbram fecere per alas.  
 Ad tua continuit flucus spectacula pontus,  
 Assuetasq; sibi desij perfundere ripas,  
 Extulit & liquido Nereis ab æquore uultum,  
 Et casus miserata tuos, rorauit & undas.  
 Ipsa leui flatu reuomens, pendentia membra  
 Aura per extremas resonauit flebile rupes.  
 Tandem Gorgonei uictorem Persea monstri  
 Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.  
 Isq; ubi pendentem uidit de rupe puellam,  
 Diriguit facie, quem non stupefecerat hostis.  
 Vixq; manus polium tenuit, uictorq; Medusa  
 Viñtus in Andromeda est. iam cautibus inuidet ipsis,  
 Felicesq; uocat, teneant quæ membra cathenas.  
 At postquam poenæ causam cognouit ab ipsa,  
 Destinat in thalamos per bellum uadere ponti.

Altera si Gorgon ueniat, non territus ire,  
 Concitat aërios cursus, flentesq; parentes  
 Promissu uitæ recreat, pactusq; Hymenæum  
 Ad littus remeat, grauidus iam surgere pontus  
 Cœperat, & longo fugiebant agmine fluctus  
 Impellentis onus monstri, caput eminet undas  
 Scindentis pelagusq; mouet, circumsonat æquor  
 Dentibus, inq; ipso rapidum mare nauigat ore.  
 Hinc uasti turgent immensis torquis orbes,  
 Tergaç; consumunt, pelagus sonat undique Syrtis,  
 Atque ipsi metuunt montes, scopuliç; ruentem,  
 Infelix uirgo quamuis sub uindice tanto,  
 Quæ tua tunc fuerat facies: ut fugit in auras  
 Spíritus, ut toto caruerunt sanguine membra,  
 Cum tua fata cauis è rupibus ipsa uideres,  
 Adnanteç; tibi poenam, pelagusq; ferentem,  
 Quantula præda maris: sed pennis subuolat alte  
 Perseus, & cœlo pendens iaculatur in hostem,  
 Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.  
 Illa subit contrà assurgens, conuersaç; frontem  
 Erigit, & tortis innitens orbibus alte  
 Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.  
 Sed quantum illa subit semper iaculata profundo,  
 In tantum reuolat, latumq; per æthera ludit  
 Perseus, & ceti subeuntis uerberat ora.  
 Nec cedit tamen illa uiro, sed fæuit in auras  
 Morsibus, & uani crepitant sine uulnere dentes.  
 Efflat & in cœlum pelagus, mergitq; uolantem  
 Sanguineis uinclis, pontumq; extollit in astra.  
 Spectabat pugnam pugnandi causa puella,  
 Iamq; oblita sui, metuit pro uindice tali  
 Suspirans, animoç; magis quam corpore pender.  
 Tandem confossis subledit bellua membris,  
 Plena maris, summas iterumq; renauit ad undas,  
 Et magnum uasto contexit corpore pontum.  
 Tunc quoque terribilis, nec uirginis ore uidenda  
 Perfudit liquido Perseus in marmore corpus,  
 Maior & ex undis ad cautes peruolat altas,  
 Soluitq; hærentem uincli de rupe puellam,  
 Desponsam pugna nupturam dote mariti.  
 Hic dedit Andromedæ cœlum, stellasq; sacrauit,  
 Mercedem tanti bellii quod condidit ipse,  
 Gorgone non leuius monstrum, pelagusq; letrauit,  
 Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto  
 Nascitur immitis, ueniet poenæç; minister,  
 Carceris & duri custos, quo stante superbæ  
 Prostratae faceant miserorum in limine matres,  
 Per noctesq; patres cupiant extrema suorum  
 Oscula, & in proprias animam transferre medullas,  
 Carnificisq; uenit mortem ducentis imago,  
 Accensisq; rogis, & stricta saepe securi,  
 Supplicium uectigal erit, qui denique possit  
 Pendentem è scopulis ipsam spectare puellam,  
 Vincitorum dominus, sociusq; in parte cathenæ

Interdum pœnis innoxia corpora seruat,  
 Piscibus exortis cum pars uicesima prima  
 Signatum terræ lu men fulgebit, & orbī  
 Aerius nasceret equus, cœloq; uolabit,  
 Veloceſq; dabit sub tali tempore partus,  
 Omne per officium uigilantia membra ferentes.  
 Hic glomerabit equo gyros, dorſoq; superbū,  
 Ardua bella geret rector cum milite mixtus,  
 Nunc studio fraudare fidem, poterisq; uidere  
 Mentiri passus, & campo tollere curſum.  
 Quamuis ab extremo citius reuolauerit orbe  
 Nuncius, extreum uel bis penetrauerit orbem.  
 Vilibus ille etiā sanabit uulnera suecis,  
 Quadrupedum medicas arteis in membra ferarum  
 Nouerit, humanos & quæ nascentur ad usus,  
 Nixa genu species, & Graio nomine dicta,  
 Et coma signicula uiuens sub origine conſtat,  
 Dextra per extrelos attollit lumina Pisces.  
 Hinc fuga naſcentum, dolus iſſidiæq; creatur,  
 Grassatorq; uenit media metuendus in urbe.  
 Et ſi forte aliquas animo conſurget in arteis,  
 In prærupta dabit ſtudium, uincetq; periclo  
 Ingenium, at tenues ausus ſine limite gressus  
 Certa per extentos ponet uestigia fines,  
 Et cœli medicatus iter fastigia pendet  
 Apennina petens, populum ſuspendet ab ipſo,  
 Læua ſub extremitate confurgunt ſidera coeti  
 Piscibus Andromedam ponto, cœloq; ſequentis  
 Hoc trahit in pelagi cædes, & uulnera natos  
 Squammigeri gregis extentis laqueare profundum  
 Retibus, & pontum uincis armare ſequentem,  
 Et uelut in lato ſecuras æquore phocas  
 Carceribus claudunt raris, & compede nexant,  
 Incautosq; trahunt macularum uimine thynnos.  
 Nec cepille ſat eſt, luctantur corpora nodis,  
 Expectantq; nouas acies, ferroq; necantur,  
 Inficiturq; ſuo permixtus ſanguine pontus  
 Totus, cum toto iacuerunt littore prædae.  
 Altera fit cædi cædes, ſcinduntur in artus  
 Corpore, & ex uno uarius deſcribitur uetus.  
 Illa datis melior ſuccis pars illa retentis,  
 Hinc ſanies preçiosa fluit, floremq; cruoris  
 Euomit, & mixto gulfum ſale temperat oris,  
 Illa putris turba eſt strages, confunditur omnis,  
 Permifcatq; ſuas alterna in damna figuræ,  
 Communemq; cibis uſum, ſuccumq; minifrat.  
 At cum coeruleo ſtetit ipsa ſimillima ponto  
 Squammigerum nubes terræq; immobilis hæret,  
 Excipitur uasta circumuallata ſagena,  
 Ingentisq; lacus, & Bacchi dolia compleat,  
 Humorisq; uolet ſocia per mutua dote,  
 Et fluit in liquidas tabes reſoluta medullas.  
 Quin etiā magnas poterunt celebrare Salinas,  
 Et pontum coquere, & ponti ſecernere uires,

Cum

Cum solidum certo distendunt margine campum,  
 Ad bellumq; suo deductum ex aequore fluctum,  
 Claudendoq; negant, dum demum suscipit undas  
 Area, tum pontus per solem humore nitescit.  
 Congeritur siccum pelagus, mersicq; profundi  
 Canicies & nota maris, spumæq; rigentis  
 Ingenteis faciunt tumulos, pelagiq; uenenum,  
 Quodq; erat usus aquæ succo corruptus amaro,  
 Vitali sale permutant, redduntq; salubrem.  
 Atreuoluta polo cum primis uultibus Arctos  
 Ad sua perpetuos reuocat uestigia passus,  
 Nunquam tincta uadis, sed semper flexilis orbe,  
 Ac Cynosura minor cum prima luce resurgit,  
 Et pariter uastus' ue Leo, tum Scorpius acer  
 Nocte sub extrema permittunt iura diei.  
 Non inimica feré tali sub tempore natus  
 Ora feret placidus, terget commercia gentis.  
 Ille manu uastos poterit frenare leones,  
 Et palpare lupos, pantheris ludere captis,  
 Nec fugiet ualidas cognati sideris ursas.  
 Inq; arteis hominum, peruersaç; munera ducet.  
 Ille elephanta premet dorso, stimulisq; mouebit  
 Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.  
 Ille tigrim rabie soluet, paciç; domabit,  
 Quæq; alia infestant syluis animalia terras,  
 Iunget amicitias secum, catulosq; sagaces.  
 Tertia Pleiades dotabit forma sorores,  
 Fœmineum rubro uultum suffusa pyropo,  
 Inuenitq; parem sub te Cynosura colorem,  
 Et quos Delphinus iaculatur quattuor ignes,  
 Deltotonq; tribus facibus, similicq; nitentem  
 Luce Aquilam, & flexos artus per lubrica terga.  
 Tum quartum quintumq; genus discernitur omni  
 E numero, summaq; gradus qui iungitur Angue,  
 Maxima per minimos censu concluditur uno,  
 Quæ neq; per cunctas noctes, neq; tempore in omni  
 Respondent alto cœli summota profundo.  
 Sed cum clara suos auertit Delia cursus,  
 Cumq; uaga est illa, & terris sua lumina condit,  
 Mersit & ardentis Orion aureus ignis,  
 Signaq; transgressus mutat per tempora Phœbus,  
 Effulget tenebris, & nocte accenditur atra.  
 Tunc conferta licet cœli fulgentia templa  
 Cernere seminiibus desit, totusq; micare  
 Spiritus haud solidis, sitq; hæc discordia concors.  
 Nec spaciū stellis mundo, nec cedere summa,  
 Floribus aut siccæ currunt per littus arenæ.  
 Sed quot eant semper nascentes aequore fluctus,  
 Quot delapsa cadant foliorum milia sylvis,  
 Amplius hoc ignes numero uolitare per orbem.  
 Utq; per ingentem populus describitur urbem,  
 Præcipuumq; patres retinent, & proximum equester  
 Ordo locum, populumq; equitum, populosq; subire  
 Vulgus iners uideas etiam sine nomine turbam.

Sic etiam magno quædam respondere mundo,  
Hæc natura facit, quæ cœlo condidit orbem.  
Sunt stellæ procerum similes, sunt proxima primis  
Sidera, suntq; gradus, atque omnia iuncta priori.  
Maximus est populus, summo qui culmine fertur,  
Cuius pro numero uires natura dedit, C  
Ipse suas æther flamas sifferre nequirit,  
Totus & accenso mundus flagraret Olympo.

## QVINTI ET VLTIMI LIBRI FINIS.

MARCVS Manilius Mathematicus, cuius extat hoc opus elegantiſſimum, Heroico carmine de Mathematicos disciplina compositum, & tam motum, quam apotelesma, id est, effectum stellarum cōtinens, floruit diuī Augusti temporibus, quod ipſe in principio huius operis indicat, & Plinius testatur, cum refert 36.lib. Natural. hist. cuiusdam Obelisci cacumini per Manilium Mathematicum aurata in pilam fuisse additam, ad ad dignoscendū horarum rationes. Et primus omnium Latinorum de astris carmine scripsit. Et ideo non immerito, cum in pluribus huius operis locis de hoc maximè glorietur, serendus est. Non enim parui labores & ingenij, res ita difficiles carmine adeò apte, latine, dilucidè explicuisse, ut noster hic Manilius fecit. Cum etiam ista non aſequutis uoluiffe tamen, abunde pulchrum atq; magnificum sit. Huius ergo elegantiſſimi operis lectione quid aſsequi ualeamus, ex tabula infra ſcripta dignoscere potes.

M. MANILII ASTRONOMICĀN AD CAESAREM  
Augustum, libri prīmi Index.

De Astrologiae inuentione, &amp; hominum ſolertia

De mundi origine, &amp; terræ forma

De mundi &amp; terræ rotunditate

De duodecim signis Zodiaci

De Ariete, &amp; cæteris signis ſequentibus

De mundi æternitate

De circulis parallelis

De magnitudine &amp; latitudine mundi, &amp; signorum diſtantia

De meridiano &amp; Oriente

De Zodiaco, &amp; Lacteo circulo, et de cometis

## SECUNDI LIBRI.

De diuina ratione, quæ eſt omnium generatorum  
cauſa, & de duodecim signorum ſexu & effigie

Cap. I.

De signis communib; &amp; biformib;

De signis aduersis in ascensione

De signis diurnis &amp; nocturnis

De signis fecundis

De signis currentibus, &amp; rectis, &amp; aspectu planitarum

De signis triangularib; &amp; quadrangularib;

De signis Hexagonis

De signis coniunctis

De signis oppositis atq; inimicis

De numinibus ſingulorum signorum tutelæ praefidentibus

De signis, hominum membris attributis

De signorum amicitia, aut odio, &amp; de duodecaye morijs

De cardinibus mundi

De diuisionibus ætatū in partes celi, &amp; de duodecim domorum ſignificationibus

## TERTII LIBRI.

De natura omnium gubernatrice, & de partibus  
duodecim domorum, à quibus hominum fate-  
dependent, & de gradu cardinum, ac de die-  
rum & noctium uarietate, horarumq; inae-  
qualitate

Cap. II.

De mensura temporum &amp; signorum

2

De ſpacij quæ duodecim signa in ortu & occaſu  
occupant

3

De inclinationib. mūdi, & quot horis unūquodq;  
ſignū in quauis regione aſcedat et deſcedat

4

De uarletate temporū, uidelicet anni, mēſis, diei,  
horarum, ſecundum signorū aſcensiones

5

De temporib. uiae, quæ dantur Soli & Lunæ, &  
gradui aſcendentis, per ſingulos nati annos

6

De annis, quos unumquodq; ſignum dat

7

De annis uiae, quos Luna nato tribuit

8

De signis Tropicis, &amp; quatuor anni tēporibus

9

## QVARTI LIBRI.

De ſato, quo omnia reguntur, & quas artes duo-  
decim signa natis pollicantur

Cap. I.

De effectu duodecim signorum, id eſt, quos aſſe-  
ctus hominibus immittunt

2

De diuisione orbis in quatuor partes, & totidem  
uentos, & de descriptione eiusdē, & gentium  
diuerſitate, de terræ etiam regionib. uniciq;  
ſigno ſubiectis

3

De signis Eclipticis

4

De animi diuinitate, qua fatorum & celi ratio-  
nem perſpicimus

5

## QVINTI LIBRI.

De hi ac ſignificatione imaginū celi, et earū locis.

FINIS.

**IVLII FIRMICI MATERNI IV-**  
**NIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM**  
**Lollianum, Matheseos librorum VIII ge-**  
**neralis Elenchus.**

**FIRMICAE MATHESEOS LIBRI I. PINACIDION.**

Primi libri Præfatio		Martis decreta per singulas cceli stationes	5		
Matheseos aduersus æmulatorū argumenta. Cap. i.		Solis decretū per singulas cceli stationes	6		
Obiectorum dissolutio generalis	2	Veneris decretū per singulas cceli stationes	7		
Argumentorum aduersantium confutatio	3	Mercurij decretū per singulas cceli stationes	8		
Obiectorum dissolutio particularis	4	Mercurius cū Sole per duodenas cceli stationes	9		
<b>LIBRI SECUNDI.</b>					
Secundi libri Præfatio		Mercurius cū D per duodenas cceli stationes	10		
Zodiaci signorū diuisio, ac naturæ cōditio. Cap. i.		Mercurius cum Saturno per duodenas cceli statio-			
Stellarum domicilia, nomina, ac potestates in si-		nes	11		
gnis	2	Mercurius cū L per duodenas cceli stationes	12		
Stellarum altitudo deiectionis, eorumq; cōditio	3	Mercurius cum Marte per duodenas cceli statio-			
Signorum decani, eorumq; domini	4	nes	13		
Signorum per tricenas partes diuisio	5	Mercurius cum Venere per duodenas cceli statio-			
Stellarum fines in unoquoq; zodiaci signo	6	nes	14		
Diurna uel nocturna stellarum gaudia	7	Lunæ decretū per singulas cceli stationes	15		
Stellarum ortus & occasus, eorumq; conditio	8	Lunæ decretū, si in loco fortunæ fuerit inuenita	16		
Matutinarum uespertinarumq; stellarū partes	9				
Stellarum omnium erraticarum ducatus	10	<b>LIBRI QVARTI.</b>			
Trigonorum domini, eorumq; qualitates	11	Quarti libri Præfatio			
Signorum natura, formæ, qualitatesq;	12	Applicatio Lunæ ad reliquos planetas, sed primū			
Signorum ortus, secundum diuersa climata	13	eius deuictio à Saturno ad cæteras erraticas			
Signorum uentis subiectiones	14	stellas	Cap. i.		
Signorum duodecatemoria	15	Defluxio Lunæ à planetis ad planetas, & pri-			
Circa horoscopum consideranda	16	mum Lunæ. Defluxio à Saturno ad cæteras			
Cardines, eorumq; succedentes	17	erraticas stellas	2		
Genituræ cardines	18	Lunæ defluxio à Ioue ad cæteros planetas	3		
Quatuor loca secunda	19	Lunæ defluxio à Marte ad cæteros planetas	4		
Pigra deiectionis figuræ loca	20	Lunæ defluxio à Sole ad cæteros planetas	5		
Locorum figuræ ordines	21	Lunæ defluxio à Venere ad cæteros planetas	6		
Locorum duodecim potestates	22	Lunæ defluxio à Mercurio ad cæteros planetas	7		
Locorum duodecim nomina apotelesmataq;	23	Lunæ defluxio ab omnibus planetis ad nullū	8		
Genituræ qualitates, quæ nobiles sint, quæ ue-		Generalia Lunæ decretū, theoricāq; notanda	9		
mediae	24	Platīca partīlisq; simul fortunæ exploratio	10		
Stellarum aspectus omnes	25	Dæmonis locus, partili exploratiōne repertus	11		
Signorum inter se cognatio	26	Genituræ dominus, eiusq; decretā fatalia	12		
Super humano corpore signorum dominia	27	Solis ac Lunæ decretū, quum fuerint cum domi-			
Vitæ humanæ dator	28	no genituræ coniuncti	13		
Vitæ humanæ chronoctrator	29	Generales genituræ dominorum aphorismi	14		
Temporum diuisio	30	Planeta, actus uitæ nostræ significans	15		
Annorum per dies diuisio	31	Trigintasex signorū decani, eorumq; decretū	16		
Antisciorum apotelesma	32	Signorum partes masculinæ, sceminiñæq;	17		
Mathematici conditio	33	Lunæ decretū, cum singulis planetis in cardini-			
<b>LIBRI TERTII.</b>					
Tertiij libri Præfatio		bus	18		
Mundithema	Cap. i.	Lunæ coniunctionis defluxionisq; theoria	19		
Signorum primum Aries	2	<b>LIBRI QVINTI.</b>			
Saturni decretū per singulas cceli stationes	3	Quinti libri Præfatio			
Iouis decretū per singulas cceli stationes	4	Simplicia cardinum decretū, sine alicuius plane-			
		tæ testimonio	Cap. i.		
		Horoscopi decretū, cum omnium planetarum so-			
		cietate	2		
		Saturni			

Saturni decreta per singula zodiaci signa	3	Martis decreta, quum temporū dominus fuerit	36
Iouis decreta per singula zodiaci signa	4	Solis decreta, quum temporū dominus fuerit	37
Martis decreta per singula zodiaci signa	5	Veneris decreta, quū temporū domina fuerit	38
Solis decreta per singula zodiaci signa	6	Mercurij decreta, quum temporum dominus fue-	
Veneris decreta per singula zodiaci signa	7	rit	39
Mercurij decreta per singula zodiaci signa	8	Lunæ decreta, quum temporū domina fuerit	40
Lunæ decreta per singula zodiaci signa	9	LIBRI SEPTIMI.	
Planetarum decreta in aliorum finibus, & pri-		Septimi libri Præfatio	
mùni Saturni	10	Expositorū, uel non nutritorū genituræ	Cap. I.
Iouis decreta in aliorum planetarum finibus	11	Geminorum genituræ cum suo sexu	2
Martis decreta in aliorum planetarum finibus	12	Seruorum, seu captiuorum genituræ	3
Solis decreta in aliorum planetarum finibus	13	Dominorum numerus in seruis	4
Veneris decreta in aliorum planetarū finibus	14	Libertinorum & liberorum genituræ	5
Mercurij decreta in aliorum planetarū finibus	15	Monstrosorum scetuum genituræ	6
Lunæ decreta in aliorum planetarum finibus	16	Eunuchorum Hermaphroditorumq; genituræ	7
Quinti libri institutiva peroratio	17	Corpore uitiorum genituræ uarie	8
LIBRI SEXTI.			
Sexti libri Præfatio		Filiorum cum patribus disidentium genituræ	9
Regiæ signorum stellæ, earumq; decreta	Cap. I.	Parentum mortis tempus & conditio	10
Planetarum radiationes, earumq; decreta, & pri-		Orborum filiorum natalia, genituræq;	11
mum planetarum radiatio trigona	2	Adoptiuorum filiorum genituræ	12
Saturnus cum cæteris planetis trigonus	3	Fratrum cuiusq; nati numerus	13
Jupiter cum cæteris planetis trigonus	4	Incestorum natalia, seu genituræ	14
Mars cum cæteris planetis trigonus	5	Pædiconum natalia, seu genituræ	15
Sol cum Luna sola trigonus	6	Cinædorum, impurorū, steriliumq; genituræ	16
Venus cum Luna sola trigona	7	Vxorū, maritorū ue numerus	17
Mercurius cum Luna sola trigonus	8	Coniugatorum ad inuicem affectus	18
Planetarum omnium radiatio quadrata	9	Sponsalium, seu nuptiarum tempora	19
Saturnus cum cæteris planetis quadratus	10	Vxorū suarum interfectorum genituræ	20
Jupiter cum cæteris planetis quadratus	11	Literarum expertum genituræ	21
Mars cum cæteris planetis quadratus	12	Gladiatoriū, uel athletarum genituræ	22
Sol cum Luna sola quadratus	13	Causidicorum, seu Oratorum genituræ	23
Venus cum cæteris planetis quadrata	14	Medicorum Podaliriorum genituræ	24
Mercurius cum Luna sola quadratus	15	Calliopicorum Musicorum genituræ	25
Planetarum omnium diametra radiatio	16	Damnatorum fatales genituræ	26
Saturnus cum cæteris planetis diameter	17	Mortalis exitus uarius, incertusq; finis	27
Jupiter cum cæteris planetis diameter	18	LIBRI OCTAVI.	
Mars cum cæteris planetis diameter	19	Octauī libri Præfatio	
Sol cum Luna sola diameter	20	Evvōnīkōvtaμόρος, seu nonagesima pars	Cap. I.
Venus cum Luna sola diametra	21	Videntium se, & audientium stellarū theoria	2
Mercurius cum Luna sola diameter	22	Signorum partes per eorum membra diuisæ	3
Planetarum omnium hexagona radiatio	23	Signorum partiumq; suarum dimensio & magni-	
Planetarum omnium parilis radiatio	24	tudo	4
Saturnus cum cæteris planetis pariter	25	Sphæræ Barbaricæ prima apotelesmata	5
Jupiter cum cæteris planetis pariter	26	Clara sidera cum V orientia, occidentiaq;	6
Mars cum cæteris planetis pariter	27	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	7
Sol cum cæteris planetis pariter	28	Clara sidera cum II orientia, occidentiaq;	8
Venus cum cæteris planetis pariter	29	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	9
Mercurius cum Luna sola pariter	30	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	10
Catholica siderū promiscue positorū decreta	31	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	11
Generales cuiusq; genituræ Ephodi	32	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	12
Temporum diuisio Chronocratori debita	33	Clara sidera cum m orientia, occidentiaq;	13
Saturni decreta, quū temporū dominus fuerit	34	Clara sidera cum F orientia, occidentiaq;	14
Iouis decreta, quum temporū dominus fuerit	35	Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	15
		Clara sidera cum & orientia, occidentiaq;	16

LIBRORVM INDEX.

		227	
Clara sidera cum X orientia, occidentiaq;	17	Partium Scorpionis myriogenesis	26
Barbaricæ sphæræ apotelesmata secunda	18	Partium Sagittarij myriogenesis	27
Partium Arietis myriogenesis	19	Partium Capricorni myriogenesis	28
Partium Tauri myriogenesis	20	Partium Aquarij myriogenesis	29
Partium Geminorum myriogenesis	21	Partium Pisicum myriogenesis	30
Partium Cancri myriogenesis	22	Sphæræ barbaricæ tertia apotelesma	31
Partium Leonis myriogenesis	23	Generale totius operis apotelesma	32
Partium Virginis myriogenesis	24	Totius operis superioris peroratio	33
Partium Libræ myriogenesis	25		
		F I N I S.	

E R R A T A.

Folio 55, linea 6. pro ☐ ponatur ♂ 185. deleatur totum quod est in margini,  
usq; Differentia quinta de partibus.

SERIES CHARTARVM.

\* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u A B C  
D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt terniones, præter u  
quaternionem.

BASILEAE,  
Ex officina Ioannis Heruagij, Anno Salutis humanae  
M. D. L I. Mense Aprili.



	R I S A R O L V A T	I N D E X .
21	L'Amour des Soins de l'Amour	12
22	Purpuree des Soins de l'Amour	13
23	Goutteuse Chretienne des Soins de l'Amour	14
24	Purpuree Amoureuse des Soins de l'Amour	15
25	Purpuree L'Amour des Soins de l'Amour	16
26	Separee au Purporee des Soins de l'Amour	17
27	Cermonie des Soins de l'Amour	18
28	Tout ce que l'Amour des Soins de l'Amour	19
29	F I N I .	20
		21
		22
		23
		24
		25
		26
		27
		28
		29
		30
		31
		32
		33
		34
		35
		36
		37
		38
		39
		40
		41
		42
		43
		44
		45
		46
		47
		48
		49
		50


## K A L A


1591. R. M. 1. 10. O. Bonnart. 1. 12. q[uo]d amorem tuorum quod est in amorem  
H. D. Bellini. q[uo]d amorem tuorum quod est in amorem.




## B A S I L E A

Ex officina Iohannae Hartmanni anno 1591. p[ro]m[ulg]at  
M.D.LI. W[illiam] de Nauell







F  
T  
AS



FRIM ICI  
TRACT  
ASTRON

